1 Aristot. 359a16: εἰ δ' ἔστιν ὥσπερ μυθολογοῦσί τινες ἐν Παλαιστίνῃ τοιαύτη λίμνη εἰς ἣν ἐάν τις ἐμβάλῃ συνδήσας ἄνθρωπον ἢ ὑποζύγιον ἐπιπλεῖν καὶ οὐ καταδύεσθαι κατὰ τοῦ ὕδατος, μαρτύριον ἂν εἴη τοῖς εἰρημένοις· λέγουσι γὰρ πικρὰν οὕτως εἶναι τὴν λίμνην καὶ ἁλμυρὰν ὥστε μηθένα ἰχθὺν ἐγγίνεσθαι, τὰ δ' ἱμάτια ῥύπτειν, ἐάν τις διασείσῃ βρέξας. ἔστι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα σημεῖα πάντα τῶν εἰρημένων, ὅτι τὸ ἁλμυρὸν ποιεῖ σῶμά τι, καὶ γεῶδές ἐστι τὸ ἐνυπάρχον 9 Id. 359b8: εἰσὶ δὲ πολλαχοῦ καὶ κρῆναι καὶ ῥεύματα ποταμῶν παντοδαποὺς ἔχοντα χυμούς, ὧν πάντων αἰτιατέον τὴν ἐνοῦσαν ἢ ἐγγινομένην δύναμιν πυρός· καομένη γὰρ ἡ γῆ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον παντοδαπὰς λαμβάνει μορφὰς καὶ χρόας χυμῶν· στυπτηρίας γὰρ καὶ κονίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων γίνεται πλήρης δυνάμεων, δι' ὧν τὰ ἠθούμενα ὕδατα ὄντα γλυκέα μεταβάλλει, καὶ τὰ μὲν ὀξέα γίνεται καθάπερ ἐν τῇ Σικανικῇ τῆς Σικελίας .... ἔστι δὲ καὶ περὶ Λύγκον κρήνη τις ὕδατος ὀξέος· περὶ δὲ τὴν Σκυθικὴν πικρά· τὸ δ' ἀπορρέον αὐτῆς τὸν ποταμὸν εἰς ὃν εἰσβάλλει ποιεῖ πικρὸν ὅλον · 17 cf. Herodot. VI. 119: Posidon. rel. p. 115 Bake, Mueller F. H. G. 3 p. 276

---

2 supernatare] -re G^2 *in ras.* inquit G^2 *in ras.* 4 *fort.* uestimento G^1 excuserit G^1 6 alter *add.* G^2 *in marg.* parestinorum G 7 asfaltistis G 12 *lacunam indicavi* 13 impletur *coni. Duebner*: implentur *codd.* 14 nascantur *H* 17 differentiis] 'διαφόρων *potius quam* διαφορῶν *uoluisse uidetur Priscianus*'. *Duebner* 18 exalat G^1 19 *locus manifeste corruptus* ['*ex Posidonio sua ducens Priscianus*: ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀσφαλτῶδες ἔλαιον ὃ καλοῦσι νάφθαν, τὸ δὲ ὕδωρ, ὥστε *etc.*, *ut uideatur in his uerbis*, τὰς μὲν εἶναι θείου ὑγροῦ (*apud Strabonem*), *transilivisse* θείου, *aut alio modo in hunc errorem incidit*'. *Duebner*] ΝΕΦΘΑΝ G uero G^1: quoque G^2 20 ita ut G^1: itaque G^2 (-que *in ras.*)

CAP. VII. 574

Titulus deest.

Et hoc quoque: quare graue in aere et ignis in humiditate subsistit et receptionem habet? uidetur enim in aere ignis cum umiditate, et casus cuiusdam grauis ex aere fit et hoc ipsum ambiente in aere solida crassitudine. per aera enim purum et uacuum solida crassitudine esse potest unumquodque animal, inspirationem et respirationem habendo et a loco in locum transeundo: et omne quodcumque a terra in aera proicitur iterum in terram resoluitur; et non uidetur quid in aere quod potest graue quid aut crassitudinem sustinere: saepe uero et puro aere nubs subito uidetur, ex qua pluuia multa descendit; et ignes de caelo aut fulmina aut graue quid saepe cadit ad terram. et in aere intus nubibus et pluuia ignis effulgorat, et lux uidetur, et sonitus magni et terribiles, quasi quaedam grauia et firma cum multa et supereminenti uirtute inter se inuicem collisa ex aere audiuntur. et in circuitu quoque nubium, tanquam a quadam parua distantia, sol et purus aer et neque connebulatio, sed neque spirituum motus, sic est ut possit cognosci quia nubes et pluuiam non ex alio loco spirituum necessitas intulit, sed ex ipso aere uelociter turbato apparuerunt, et ipse grauis cuiusdam casus et crepitus ex ipso aere facti sunt: et hoc quidem praeclarum, quia nubes talem soliditatem et uirtutem uel crassitudinem non habent ita ut gracili saltem cuidam graui in aere resistat et deprehendat. argumentum quoque etiam ex hoc, quia in montanis sunt loci ita ut saepe quidem supra montium cacumen sole existente et puro aere et nubibus ibi non existentibus inferius et in planis connebulatio et pluuia in eadem hora sit: cum uero a cacumine montis in illo loco quo principium connebulationis est apparuerit quidam uapor, id est umiditas, inuenitur nubs illa; quantumque progreditur quis interius connebulationis illius partem obscuriorem inueniet. est autem quando et guttulae ex ipsa cadunt. cum autem quis adhuc longe pertransit connebulationem illam et ab ipsa caligine et uapore deorsum montis mouetur, tunc uapor

---

1 *CAP. VII*] SEPTIMUM CAPITULUM HABENS SIC *manus antiqua (non prima) in G: om. CHM spatio vacante* *tit. add. M* Quare graue in aere et ignis in humiditate subsistit 5 et hoc ipsum *etc.*] *excidit fortasse nescioquid.* 8 a terra] a *del G²* 9 proiicitur *G²* *graece fort.* οὐχ ὁρᾶταί τι ἐν τῷ ἀέρι τὸ δυνάμενον βάρος τι ἢ πάχος ὑποβαστάζειν 16 quoque] *quae sequuntur scripsit manus altera in G* 17 connebulationis *G¹* 18 ut] sicut *G¹* 22 cuiusdam *G¹* 23 resistat et deprehendat] *graece fort.* ἀντιστῆναι καὶ κατασχεῖν deprahendat *G* 26 *post* inferius *quinque litt. eras. G (fuisse videtur* autem) 29 interius con-] *quae sequuntur usque ad* -sura ipsa *p.* 85.24 *desiderantur in G foliis ut videtur octo amissis* 32 dehorsum *H passim*

ille, id est humiditas per quam pertransierat, in aere apparet crassa nubs. est autem quando et pluuia grauis fit et ex hominum aliorumque animalium in aere et in nubibus meatu, id est afflatu. per hoc ostenditur quod non talem uirtutem aut crassitudinem habeant nubes ut etiam minutissimum quid graue possint sustinere in aere aut ex terra retrahere. uenti enim multam uirtutem habentes potenterque et nimis spirantes non possunt lapidem paruum in aere deprehendere. nubibus autem et uentis talem uirtutem non habere ostensis, itaque graue tale in aere quod cadit ex aere, unde fit formare illam naturam et ignem et similia, et quis ex terra haec subleuat, et quis in aere continet? et si quidem non ex ea tracta subuehebantur, quis factor eorum in aere? si enim ille qui deorsum cadit ignis graue non habet, uerum tamen deorsum fertur, manifestum est quia natura differt hic ab eo qui in terra est igne. terreni enim ignis flamma sursum in aere exaltata in diametrum eius flectitur. si uero in aere ignis graue habet et per illud graue deorsum cadit, deliberandum hoc: unde eius erit graue, et quis sustinet in aere, et quare in humiditate lucet atque fulgorat, et quousque ad terram mittitur, neque spiritus neque pluuia illum extinguet? per hoc autem capitulum quae dubia sunt multis quidem perhibentur rationibus; unam uero atque breuem habet speculationem de graui et leui et his quae sursum fiunt in aere crassioribus corporibus, seu etiam omnino sursum tractis ex terra, et quomodo subsistunt, et a quo ea sustinentur siue feruntur. itaque si in solutionem pro his quae quaesita sunt oportet illa prius accipere et dicere, quia grauium et leuium quoddam quidem simpliciter et ad se dicitur, quoddam uero ad aliorum comparationem per quam grauius aut leuius altero dicimus; ipsum autem omnino graue et leue quod quidem semper consueuit a medio uehi sursum quodque ad medium deduci: ignis igitur proprie et simpliciter et semper leuis natura sursum facit euectionem, terra uero et terrena omnia deorsum ad medium ac si natura grauia locantur. diffiniendum enim fortassis

---

24 Aristot. 308a7: λέγεται δὴ τὸ μὲν ἁπλῶς βαρὺ καὶ κοῦφον, τὸ δὲ πρὸς ἕτερον· τῶν γὰρ ἐχόντων βάρος φαμὲν τὸ μὲν εἶναι κουφότερον τὸ δὲ βαρύτερον, οἷον ξύλου χαλκόν 28 Id. 308a29: ἁπλῶς μὲν οὖν κοῦφον λέγομεν τὸ ἄνω φερόμενον καὶ πρὸς τὸ ἔσχατον, βαρὺ δὲ τὸ ἁπλῶς κάτω καὶ πρὸς τὸ μέσον (cf. 312a28) 29 Id. 308b13: νῦν γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἀεὶ κοῦφον καὶ ἄνω φέρεται, ἡ δὲ γῆ καὶ τὰ γεηρὰ πάντα κάτω καὶ πρὸς τὸ μέσον 31 Id. 311a16: πρῶτον μὲν οὖν διωρίσθω, καθάπερ φαίνεται πᾶσι, βαρὺ μὲν ἁπλῶς τὸ πᾶσιν ὑφιστάμενον, κοῦφον δὲ τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον. ἁπλῶς δὲ λέγω εἴς τε τὸ γένος βλέπων καὶ ὅσοις μὴ ἀμφότερα ὑπάρχει

---

1 id est] i. *H passim* 2 et (*alterum*) *om. CM* 3 in aere] aere *H* 6 potentesque *H* 8 non *om. CM* 11 tracta *om. CM* subuehantur *CM* 14 differt hic ab eo *H*: defertur cabeo *C*: differtur in cabeo *M* flamma *om. CM* 17 quid *M* 18 mittatur *CM* 20 quidem *CM*: enim *H* 23 siue ferunter *HM*: i. sũferuntur *C* 24 si *om. CM* 26 ad se *H*: a se *CM*

sit secundum communem opinionem sic: graue quidem simpliciter quod omnibus subsistit, leue uero quod omnia superminet. simpliciter autem dicimus et secundum genus diffinientes et uniformiter utrique horum subesse unum, et igni quidem leue, terrae uero graue: ignis enim nihil habet graue, neque terra qualemcunque leuitatem. aliter autem graue et leue quibus duo insunt. per hoc etiam quibusdam aliis superferuntur et substituuntur, sicut aer et aqua. simpliciter enim neutrum horum leue aut graue, eo quod terra quidem ambo leuiora (superuehitur enim ei consequenter eorum particula), igne uero grauiora (subicitur enim eorum quantulacumque sit particula), et ad se inuicem: quantulacumque enim sit particula aeris superuehitur aquae, aqua uero quantulacumque sit aeri subicitur. quoniam uero et aliorum quaedam quidem habent grauitatem, quaedam uero leuitatem, clarum quia horum causa omnium sit in extremis et non compositis differentia: ab illis enim participando eo quidem plus eo autem minus, erunt quaedam quidem leuia corporum, quaedam uero grauia. et ut graue habentia deorsum locantur ad medium quasi diffinitum, sic et quod sursum fertur non in infinitum sed usque ad proprium fertur summum et terminum: unius cuiusque enim proprius finis species est quasi consummatiua; quia omnino nihil in infinitum fertur. et illud quoque oportet cognoscere quomodo connexorum corporum quaedam quidem bene discreta per eundem modum (bene discretum enim est bene diffinitum) sicut aer magis aqua, aqua uero terra: aer enim magis bene discretior est aqua quoniam magis humidus est et exilis, ac per hoc neque congelatur; aqua uero terra bene discretior quasi humida et opulentissima: dicitur autem horum unum quodque bene diffinitum quasi affectabile configuratum et com-

---

5 Aristot. 311b27: τὸ ἄρα πῦρ οὐδὲν ἔχει βάρος, οὐδὲ ἡ γῆ κουφότητα οὐδεμίαν 6 Id. 311a22: ἄλλως δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον οἷς ἀμφότερα ὑπάρχει· καὶ γὰρ ἐπιπολάζουσί τισι καὶ ὑφίστανται, καθάπερ ἀὴρ καὶ ὕδωρ· ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδέτερον τούτων κοῦφον ἢ βαρύ· γῆς μὲν γὰρ ἄμφω κουφότερα (ἐπιπολάζει γὰρ αὐτῇ τὸ τυχὸν αὐτῶν μόριον), πυρὸς δὲ βαρύτερα (ὑφίσταται γὰρ αὐτῶν ὁπόσον ἂν ᾖ μόριον), πρὸς ἑαυτὰ δὲ ἁπλῶς τὸ μὲν βαρὺ τὸ δὲ κοῦφον· ἀὴρ μὲν γὰρ ὁπόσος ἂν ᾖ, ἐπιπολάζει ὕδατι, ὕδωρ δὲ ὁπόσον ἂν ᾖ, ἀέρι ὑφίσταται. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων τὰ μὲν ἔχει βάρος τὰ δὲ κουφότητα, δῆλον ὅτι τούτων μὲν αἰτία πάντων ἡ ἐν τοῖς ἀσυνθέτοις διαφορά· κατὰ γὰρ τὸ ἐκείνων τετυχηκέναι τοῦ μὲν πλεῖον τοῦ δ' ἔλαττον ἔσται τὰ μὲν κοῦφα τὰ δὲ βαρέα τῶν σωμάτων 17 cf. Aristot. 311b20, 312a4
21 Id. 313b6: ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ μὲν εὐδιαίρετα τῶν συνεχῶν τὰ δ' ἧττον, καὶ διαιρετικὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ μὲν μᾶλλον τὰ δ' ἧττον, ταύτας εἶναι νομιστέον αἰτίας. εὐδιαίρετον μὲν οὖν τὸ εὐόριστον, καὶ μᾶλλον τὸ μᾶλλον· ἀὴρ δὲ μᾶλλον ὕδατος τοιοῦτον, ὕδωρ δὲ γῆς
27 bene diffinitum] cf. Aristot. 378b24 et Ideler ad loc.

---

4 et *H*: ut *CM* 5 levitatem *H*: grauitatem *CM* 8 enim *CM*: autem *H* 11 ad se] a se *CHM* (πρός ἑαυτὰ *Aristot.*) enim *om. CM* superuehitur *H*: superfertur *CM* 12 aqua] aq̄ *H*: aque *CM* quantulumcumque *CM*. 16 quidem] enim *CHM* 18 in *om. H* 19 et *om. H* 20 omnino *M*: omni modo *CH* 26 quasi humida et opulentissima] *graece fort.* ὡς ὑγρὸν καὶ εὐπορώτατον

prehendenti et comprehenso ab eis: terra uero non bene diffinitum; solidum enim est et siccum: affectabilior autem multo aere est paruus aer, et multa aqua similiter minor. unde latum quidem corpus, utpote ligneum aut alicuius materiae multum comprehendens aquae, non facile fertur; acutum uero ut paruam comprehendens aquam fertur cito. quoniam itaque grauia habent quandam fortitudinem separandi subiectum et ferri deorsum, at uero connexa habent quandam uirtutem non separari, per quam connexa sunt, oportet eas uirtutes ad se inuicem committere et superantem dominari. si enim grauis fortitudo, per quam uim facit et separat subiectum, superauerit connexi uirtutem, discindet et descendet per ipsum: si uero iterum connexi superauerit uirtus segregatiuam grauis uirtutem, non superabitur connexum neque graue deorsum feretur: unde glaciei crustae superuehuntur aquae, et festuca et si quid tale superfertur aeri. et illud uide deinceps ex his quae sumpta sunt quia simplicibus corporibus, quae etiam elementa uocamus, quattuor existentibus quattuor sunt generalissimae eorum differentiae, calidum et frigidum, humidum et aridum: harum uero quaedam sunt actiuae, quaedam uero passiuae: per has enim elementa mutantur in semet ipsa. calidum enim est quod comparat similia genere — discernere enim, quod quidem aiunt facere ignem, comparare est similia genere; accidit enim auferre aliena: frigidum uero quod congregat et comparat similiter congenita et quae sunt dissimilia genere: humidum quoque quod infinitum quidem proprio termino, bene uero finitum est: aridum quoque bene diffinitum quidem proprio termino, infinitum uero. subtile autem et crassum et graue et leue et omnes aliae differentiae in has quat-

3 Aristot. 313b11: τὰ μὲν οὖν ἔχοντα πλάτος διὰ τὸ πολὺ περιλαμβάνειν ἐπιμένει, διὰ τὸ μὴ διασπᾶσθαι τὸ πλεῖον ῥᾳδίως· τὰ δ' ἐναντίως ἔχοντα τοῖς σχήμασι διὰ τὸ ὀλίγον περιλαμβάνειν φέρεται κάτω, διὰ τὸ διαιρεῖν ῥᾳδίως. καὶ ἐν ἀέρι πολὺ μᾶλλον, ὅσῳ εὐδιαιρετώτερος ὕδατός ἐστιν. ἐπεὶ δὲ τό τε βάρος ἔχει τινὰ ἰσχὺν καθ' ἣν φέρεται κάτω, καὶ τὰ συνεχῆ πρὸς τὸ μὴ διασπᾶσθαι, ταῦτα δεῖ πρὸς ἄλληλα συμβάλλειν· ἐὰν γὰρ ὑπερβάλλῃ ἡ ἰσχὺς ἡ τοῦ βάρους τῆς ἐν τῷ συνεχεῖ πρὸς τὴν διάσπασιν καὶ διαίρεσιν, βιάσεται κάτω θᾶττον, ἐὰν δὲ ἀσθενεστέρα ᾖ, ἐπιπολάσει 17 Id. 329b24: θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται· θερμὸν γάρ ἐστι τὸ συγκρῖνον τὰ ὁμογενῆ (τὸ γὰρ διακρίνειν, ὅπερ φασὶ ποιεῖν τὸ πῦρ, συγκρίνειν ἐστὶ τὰ ὁμόφυλα· συμβαίνει γὰρ ἐξαιρεῖν τὰ ἀλλότρια), ψυχρὸν δὲ τὸ συνάγον καὶ συγκρῖνον ὁμοίως τά τε συγγενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμόφυλα, ὑγρὸν δὲ τὸ ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ εὐόριστον ὄν, ξηρὸν δὲ τὸ εὐόριστον μὲν οἰκείῳ ὅρῳ, δυσόριστον δέ. τὸ δὲ λεπτὸν καὶ παχὺ καὶ γλίσχρον καὶ κραῦρον καὶ σκληρὸν καὶ μαλακὸν καὶ αἱ ἄλλαι διαφοραὶ ἐκ τούτων 26 Id. 330a24: πᾶσαι αἱ ἄλλαι διαφοραὶ ἀνάγονται εἰς τὰς πρώτας τέτταρας

5 aquam] aq̄ *H*: aqua *CM* 10 subiectum] sub'm *H* 11 superauit *H* 12 connexi *H*: connexium *C*: connexum *M* superavit *H* 13 fertur *CM* 15 quia] qui *CM*: que *H* 19 motantur *CHM* 23 congenita *H* que sunt cogentia *CM* 24—25 bene uero—termino *om. C* 24 uero *H*: alio *M* 25 uero *H*: alio *M* 26 alie *CM*: aliorum *H*

tuor quasi primas reducuntur. harum quoque differentiarum quattuor sex quidem sunt copulationes; uerum tamen, quoniam contraria non inest naturaliter coniungi, merito spernendae sunt duae. calidum enim et frigidum esse id ipsum, et iterum humidum et aridum impossibile. itaque elementorum quattuor existentium quattuor sunt copulationes; calido quippe et sicco facientibus ignem, calido uero et humido aera, etsi quidam eum frigidum et humidum esse dicant sursum gelatis attendentes, et iterum frigido et humido constituentibus aquam, sic deinde terram arido et frigido; facileque distribui primis corporibus differentias, et multitudinem earum esse secundum rationem in illis. horum autem quaedam actiua sunt, ut dictum est, duo, calidum et frigidum, passiua uero humidum et aridum: in eis enim actiuorum uirtus genitiua compositorum est. actiua quidem accipienda non quae per excellentiam summa sunt sed quae ueluti immixta. neque enim caliditatis excellentia et feruor ut ignis, neque frigiditatis excellentia sicut in humido glacies perficiunt ad generationem. sicut enim glacies adhuc fixura humidi et frigidi, praeclarum sic nihil ex glacie nasci; neque ex igne puro et summo. apparet itaque caliditas et frigiditas terminantes et copulantes et ad se ipsas transferentes et similia genere et genere dissimilia, et humefacere et arefacere et indurare et mollificare: arida uero et humida magis terminata et patientia passionum per unum quodque; bene enim dif-

2 Aristot. 330a30: ἐπεὶ δὲ τέτταρα τὰ στοιχεῖα, τῶν δὲ τεττάρων ἓξ αἱ συζεύξεις, τὰ δ' ἐναντία οὐ πέφυκε συνδυάζεσθαι (θερμὸν γὰρ καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ πάλιν ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ἀδύνατον), φανερὸν ὅτι τέτταρες ἔσονται αἱ τῶν στοιχείων συζεύξεις, θερμοῦ καὶ ξηροῦ, καὶ θερμοῦ καὶ ὑγροῦ, καὶ πάλιν ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ, καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ. καὶ ἠκολούθηκε κατὰ λόγον τοῖς ἁπλοῖς φαινομένοις σώμασι, πυρὶ καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι καὶ γῇ· τὸ μὲν γὰρ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν (οἷον ἀτμὶς γὰρ ὁ ἀήρ), τὸ δ' ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν· ὥστ' εὐλόγως διανέμεσθαι τὰς διαφορὰς τοῖς πρώτοις σώμασι, καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν εἶναι κατὰ λόγον 15 cf. Aristot. 330b25: τὸ δὲ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ καὶ κρύσταλλος ψυχρότητος· ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ ζέσις ὑπερβολαί τινές εἰσιν, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ θερμοῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτ' ἐκ κρυστάλλου γίγνεται οὔτ' ἐκ πυρός 19 Id. 378b14: φαίνεται γὰρ ἐν πᾶσιν ἡ μὲν θερμότης καὶ ψυχρότης ὁρίζουσαι καὶ συμφύουσαι καὶ μεταβάλλουσαι τὰ ὁμογενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμογενῆ, καὶ ὑγραίνουσαι καὶ ξηραίνουσαι καὶ σκληρύνουσαι καὶ μαλάττουσαι, τὰ δὲ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ ὁριζόμενα καὶ τἆλλα τὰ εἰρημένα πάθη πάσχοντα αὐτά τε καθ' αὑτὰ καὶ ὅσα κοινὰ ἐξ ἀμφοῖν σώματα συνέστηκεν. ἔτι δ' ἐκ τῶν λόγων δῆλον, οἷς ὁριζόμεθα τὰς φύσεις αὐτῶν· τὸ μὲν γὰρ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὡς ποιητικὰ λέγομεν (τὸ γὰρ συγκριτικὸν ὥσπερ ποιητικόν τι ἐστί), τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν παθητικὸν (τὸ γὰρ εὐόριστον καὶ δυσόριστον τῷ πάσχειν τι λέγεται τὴν φύσιν αὐτῶν)

9 facileque] ὥστ' εὐλόγως *Aristot.* 16 ad *om.* *CM* 17 sicut *M*: sic *H*: si *C* 22 bene enim *H*: enim bene *CM*

finitum dicitur in patiendo quid naturam eorum. simplicibus quoque corporibus quattuor existentibus summa quidem et sincerissima terra et ignis; media uero et mixta magis aqua et aer: contraria autem igni quidem aqua, aeri uero terra; haec enim ex contrariis passionibus constituta sunt. igne enim calido et sicco existente nullam aqua communionem habet ad ignem; humida enim est et frigida; sicut et terra, frigida et arida dum sit, communionem nullam habet ad aera, calidum existentem et humidum secundum multos. in uno quoque autem elementorum duae quidem sunt differentiae, sed ex duabus una elementi dominatur. ignis enim magis est calidus quam siccus; aer autem humidus est magis quam calidus; et aqua frigida est magis quam humida, sicut et terra magis arida est quam frigida. mouentur autem et in se ipsa facile quidem cum per unum communicant et per unum opponuntur; difficulter uero quando per duas differentias contradicunt. ignis enim in aera et iterum aer in ignem facile mouetur, ut communem habentia caliditatem, circa uero aridum et umidum contraria. aer quoque et aqua similiter; est enim commune eis humidum, quamuis frigidum calido contrarium. et aqua iterum et terra quasi communi existente in ambobus frigiditate, quamis siccum humido contrarium. cum ergo in his contrarium a contrario superatur, efficitur facile horum in se inuicem mutatio. cum uero mutatur ignis in aquam aut aqua in ignem aut aer in terram aut iterum in aera terra, difficilis horum fit mutatio. nihil enim commune eis ad se inuicem, utpote igni ad aquam aut aeri ad terram, sed duae qualitates opponuntur duabus. communione ergo non subsistente mutari quidem in se inuicem possunt, uerumtamen difficulter. his igitur praediffinitis dicendum quomodo in medio et circa medium discreta sunt. terra quidem stat, aqua uero circumposita circa terram: haec autem continet aeris amictus terram et superpositam aquam ambiens, et circa aeris sphaeram ea quae dicitur ignis. ipse enim est quattuor extremum, sicut medium terra. humidorum autem et aridorum ex terra et circa terram inflationis

2 Aristot. 330b30: ὄντων δὲ τεττάρων τῶν ἁπλῶν σωμάτων ... καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ. καὶ ἑκάτερα ἑκατέροις ἐναντία· πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ· ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημάτων συνέστηκεν 10 cf. Aristot. 331a3: οὐ μὴν ἀλλ' ἁπλῶς γε τέτταρα ὄντα ἑνὸς ἕκαστόν ἐστι, γῆ μὲν ξηροῦ μᾶλλον ἢ ψυχροῦ, ὕδωρ δὲ ψυχροῦ μᾶλλον ἢ ὑγροῦ, ἀὴρ δ' ὑγροῦ μᾶλλον ἢ θερμοῦ, πῦρ δὲ θερμοῦ μᾶλλον ἢ ξηροῦ 13 cf. Aristot. 331a24 sqq. 28 Aristot. 354b23: τοῦ γὰρ ὕδατος περὶ τὴν γῆν περιτεταμένου, καθάπερ περὶ τοῦτο ἡ τοῦ ἀέρος σφαῖρα καὶ περὶ ταύτην ἡ λεγομένη πυρός (τοῦτο γάρ ἐστι πάντων ἔσχατον, εἴθ' ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν εἴθ' ὡς ἡμεῖς) κτέ.

18 calido *CM*: humido *H* 25 non *om.* *CM.* 30 speram *CHM*

duae sunt species: una quidem est humida, altera uero arida; uocaturque humida quidem uapor, altera uero omnino quidem non habens nomen, in parte autem utentes uniuerso eam appellamus ueluti fumum. est enim uaporis quidem natura humidum et calidum * * * et siccum: et est uapor quidum uirtute ueluti aqua, inflatio uero uirtute ueluti ignis. neque uero humidum neque aridum sine se inuicem sunt, sed haec omnia dicuntur secundum eminentiam et habundantiam in altero. et saepe quidem uaporeæ inflatio multiplicior sicciore est et fumea, et sic in imbrem esse tempus illud et plenitudinem multarum aquarum: quas contrario ex fumeae inflationis habundantia siccitas superat et puluerulentia. hoc autem obseruatur accidere aut per multam et contiguam regionem aut per partes. saepe enim regio quidem quae in circuitu est accipit temporales imbres; in quadam uero parte eiusdem est puluerulentia, sicut e contrario. causa autem duarum harum inflationum est sol. circulariter enim et oblique faciens per zodiacum meatum, tunc superuectum humidum a terra ad superiorem meatum trahit; ipsam uero terram caliditate siccatis fumeae inflationis facit fieri respirationem. ipse itaque habens humidi plenitudinem uapor in superiorem locum reducitur, qui est super solarium radiorum repercussionem, et ibi propter frigus constituitur iterum in aquam, longius facto sole per obliqui circuli distantiam. sicque ex eodem nubes et pluuiam et niuem et gelu et unum quodque aliorum humidorum in aere et circa terram consistere manifestum; aridam uero inflationem copiosam spirituum principium et naturam fieri, et aliorum quaecumque igneae sunt essentiae. quoniam itaque duplex quidam motus est utrorumque, et eorum quae sursum et eorum quae deorsum feruntur, unus quidem iuxta naturam, alter uero contra naturam et uiolentus, oportebat inflationem utramque accipere, humidam

1 Aristot. 359b28: ἔστι γὰρ δύο εἴδη τῆς ἀναθυμιάσεως, ὥς φαμεν, ἡ μὲν ὑγρὰ ἡ δὲ ξηρά. καλεῖται δ' ἡ μὲν ἀτμίς, ἡ δὲ τὸ μὲν ὅλον ἀνώνυμος, τῷ δ' ἐπὶ μέρους ἀνάγκη χρωμένους καθόλου προσαγορεύειν αὐτὴν οἷον καπνόν 4 Id. 340b27: ἔστι γὰρ ἀτμίδος μὲν φύσις ὑγρὸν καὶ θερμόν. ἀναθυμιάσεως δὲ θερμὸν καὶ ξηρόν· καὶ ἔστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἷον ὕδωρ, ἀναθυμίασις δὲ δυνάμει οἷον πῦρ 6 Id. 359b32: ἔστι δ' οὔτε τὸ ὑγρὸν ἄνευ τοῦ ξηροῦ οὔτε τὸ ξηρὸν ἄνευ τοῦ ὑγροῦ, ἀλλὰ πάντα ταῦτα λέγεται κατὰ τὴν ὑπεροχήν 8 Id. 360b2: διὰ δὲ τὸ ἐνίοτε μὲν τὴν ἀτμιδώδη γίνεσθαι πολλαπλασίαν ὅτε δὲ τὴν ξηρὰν καὶ καπνώδη, ὅτε μὲν ἔπομβρα τὰ ἔτη γίνεται καὶ ὑγρά, ὁτὲ δὲ ἀνεμώδη καὶ αὐχμοί. ὁτὲ μὲν οὖν συμβαίνει καὶ τοὺς αὐχμοὺς καὶ τὰς ἐπομβρίας πολλοὺς ἅμα καὶ κατὰ συνεχῆ γίνεσθαι χώραν, ὁτὲ δὲ καὶ κατὰ μέρη. πολλάκις γὰρ ἡ μὲν κύκλῳ χώρα λαμβάνει τοὺς ὡραίους ὄμβρους ἢ καὶ πλείους, ἐν δέ τινι μέρει ταύτης αὐχμός ἐστιν· ὁτὲ δὲ τοὐναντίον τῆς κύκλῳ πάσης ἢ μετρίοις χρωμένης ὕδασιν ἢ καὶ μᾶλλον αὐχμώσης, ἕν τι μόριον ὕδατος ἄφθονον λαμβάνει πλῆθος 15 cf. Aristot. 346b20 24 Id. 360a12: ἡ δὲ ξηρὰ [scil. ἀναθυμίασις] τῶν πνευμάτων ἀρχὴ καὶ φύσις πάντων

3 nomen] non *CHM* 4 *excidit* inflationis uero calidum 9 et sic in imbrem esse tempus illud] *graece fort.* ὥστε ἔπομβρον τὴν ὥραν γίνεσθαι 14 sicut *CM*: sic *H*

uidelicet et fumeam, et illis accidentia pertransire summatim. ipsa enim humiditas subleuata per solis caliditatem et partim relinquente eam calido propter longiorem distantiam maxime solis facta per frigidiorem aeris locum densatur et mutatur per rigiditatem in nubem: in qua transmissa ex uapore aqua constat et refrigescit, aliquando quidem in guttationem exilem, aliquando uero in imbrem et pluuiam propter ualidiorem nubis densitatem. habet quoque imbrea aqua etiam lutum eo quod multum consubleuatur terrenum humidioribus uaporibus. non omnis autem ex continenti aqua meatus imber est, sed qui per mutationem uaporis in nubem constitutus. saepe enim uenti uiolentior tempestas et turbo humidum ex fluminibus uel stagnis uel mari rapiens subleuat in altum, deinde intermittit. propter hoc etiam apparuerunt aliquando cum pluuia ranae et pisces ueluti sursum alicubi nascentes descendere, sicut etiam in Aegos fluminibus circa Hellespontum cecidit lapis ex aere, ex spiritu quidem raptus uiolentiore, descendens uero ad proprium. saepe quoque guttae sanguineae et pici similes fiunt ex igneo commixto nubibus simulque terreno συρφετο, id est ex uentis collecto fimo. haec itaque omnia uiolenter et contra naturam sursum compulsa naturali meatu iterum fiunt deorsum. uaporis qualitas humida quidem et infirma neque in multum elata a terra, cum neque a spiritibus neque a calore effertur, primum nebulam constituit, hoc est nubem infirmam; concreta uero paululum et expulsa ros dicitur, multum quidem aereum habens, paruam uero humiditatem. uaporis autem in superioribus locis concretio efficitur nix, ex humida inflatione in altum rapta nondum uero transmutata in aquam, sed priusquam moueatur circumgelata sursum et deorsum deducta, ita ut sit nix et gelu, aut in hora hiemali, aut loco gelido frigore tantum superante ita ut etiam in terra calorem uincat, quem quidem ex ignea inflatione habuit. tanta concretionis est uirtus propter aeris densitatem, ut in boreis locis et gelida zona propter eminentiam pagi neque imbres sint neque uenti, serenitas uero uniuersaliter dominatur, et solius niuis descensio fit et glaciei concretio. ex talium quoque congelatione causarum grandines et aliorum unum quodque gelascentium humidorum fiunt et ad propriam deferuntur regionem,

---

2 ex alio fonte (Theophrasto) 15 cf. Aristot. 344b32: ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσε μεθ' ἡμέραν

---

1 illis] ill' *H*: eis *CM* 2 relinquentem *CM* 4 motatur *CHM* (*et sic saepius*) 5 constat *H*: consteterat *CM* refrigescit *H*: rigescit *CM* 7 imbra *H* 10 motacionem *CHM* 14 fluminibus *CM*: fluctibus *H* 15 hellispontum *CH* ex spiritu *CM*: et spiritu *H* 16 quoque *CH*: uero *M* 17 pici similes] *graece* πιττώδεις 18 συρφετο *sic CHM* 27. 28 fulgore gelido *ordo in H* 29 tante *CM* concretionis *M*: creationis *H*: cretionis *C* 30 ut *om.* *M*

uiolenter quidem et contra naturam humido subleuato uapore, naturaliter autem ad propriam inclinato. quia uero usque ad superiorem locum et gelidum aera, eo quod superat solarium radiorem repercussionem deserens solis caliditatem, humidum subleuatum in aquam mutatur et alias concretiones; non apparet autem depelli per superexcellentem aeris locum igneo meatu appropinquantem; ostendunt manifeste haec excelsa montium super nubila esse et serena, eo quod concursus nubium et uentorum principium ex talibus duabus inflationibus factus non longe usque ad aerem ducitur: circa gelidum terminata locum mouentur in uentos et igneos concursus et aquae fluentis et rigentis differentias. locus enim ipse, ut diximus, aeris est frigidus, eo quod non est propinquus meatui ignis neque a terra repercussis radiis, qui prope terram prohibent consistere nubes segregantes caliditate concursus. itaque de inflationibus humidis in superiores locos et naturaliter iterum descendentibus post concursum, sufficiant tanta. de his uero quae ex fumea inflatione fiunt et mutantur in igneos concursus, et haec in ea quae deorsum sunt uiolenter expelluntur et proici uidentur contra naturam, diffiniendum breuiter. calido enim et sicco coeuntibus quidem continuo et tendentibus sub circularem meatum comprehendentibusque aera, occidit paruo motu et maiori consequenter facto ardere aera saepe ueluti fumum. si ergo latitudinem habet et longitudinem sufflagrantia, apparet ardens flamma, sicut in aruo ardentis stipulae. si uero secundum longitudinem tantummodo sit, et quaedam cadunt ex arsura ipsa scintillae, tunc fiunt 575 quae uocantur faces et lampades, et iterum quae uidentur extentae

19 Aristot. 341 b 13: πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φοράν ἐστι τὸ θερμὸν καὶ ξηρόν, ὃ λέγομεν πῦρ ... ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν φύσιν ἀήρ. δεῖ δὲ νοῆσαι οἷον ὑπέκκαυμα τοῦτο ὃ νῦν εἴπομεν πῦρ περιτετάσθαι τῆς περὶ τὴν γῆν σφαίρας ἔσχατον, ὥστε μικρᾶς κινήσεως τυχὸν ἐκκάεσθαι πολλάκις ὥσπερ τὸν καπνόν 22 Id. 341 b 25: ἂν μὲν γὰρ πλάτος ἔχῃ καὶ μῆκος τὸ ὑπέκκαυμα, πολλάκις ὁρᾶται καιομένη φλὸξ ὥσπερ ἐν ἀρούρᾳ καιομένης καλάμης· ἂν δὲ κατὰ μῆκος μόνον, οἱ καλούμενοι δαλοὶ καὶ αἶγες καὶ ἀστέρες 25 Id. 341 b 32: ἐὰν δὲ τὰ μήκη τῆς ἀναθυμιάσεως κατὰ μικρά τε καὶ πολλαχῇ διεσπαρμένα ᾖ καὶ ὁμοίως κατὰ πλάτος καὶ βάθος, οἱ δοκοῦντες ἀστέρες διάττειν γίνονται. ὁτὲ μὲν οὖν ὑπὸ τῆς κινήσεως ἡ ἀναθυμίασις ἐκκαιομένη γεννᾷ αὐτά· ὁτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ διὰ τὴν ψῦξιν συνισταμένου ἀέρος ἐκθλίβεται καὶ ἐκθλίβεται τὸ θερμόν· διὸ καὶ ἔοικεν ἡ φορὰ ῥίψει μᾶλλον αὐτῶν ἀλλ' οὐκ ἐκκαύσει. ἀπορήσειε γὰρ ἄν τις πότερον ὥσπερ ἡ ὑπὸ τοὺς λύχνους τιθεμένη ἀναθυμίασις ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φλογὸς ἅπτει τὸν κάτωθεν λύχνον (θαυμαστὴ γὰρ καὶ τούτου ἡ ταχυτής ἐστι καὶ ὁμοία ῥίψει, ἀλλ' οὐχ ὡς ἄλλου καὶ ἄλλου γιγνομένου πυρός), ἢ ῥίψεις τοῦ αὐτοῦ σώματός εἰσιν αἱ διαδρομαί. ἔοικε δὲ δὴ δι' ἄμφω· καὶ γὰρ οὕτως ὡς ἡ ἀπὸ τοῦ λύχνου γίνεται, καὶ ἔνια διὰ τὸ ἐκθλίβεσθαι ῥιπτεῖται, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πυρῆνες

3 aera *CM*: aere *H* 9 ad *om.* *H* 12 eo quod *CM*: eoque *H* 13 qui prope terram *etc*] *graece fort. fuit* οἳ ἐγγὺς τῆς γῆς κωλύουσι συνίστασθαι νέφη, διακρίνοντες τῇ θερμότητι τὰς συνδρομάς 14 caliditate *H*: calide *CM* 16 sufficiant *CH*: sufficiunt *M* 20 comprehendentibusque *CM*: comprehendentibus *H* 22 sufflagrancia *H*: suffraganti *CM* 23 ardentes *CHM* 24 arsura] *v. ad p.* 77.29

stellae ex quibusdam talibus arsuris: inflatio enim ex motu ardens 575
uidetur haec gignere: quando uero a consistente per geliditatem aere comprimitur et expellitur calidum, est horum meatus proiectione quadam magis, sed non exarsura. sicut enim sub lucernas posita inflatio a flamma quae desursum est accendit deorsum lucernam, et
cito ignis attrahitur fumo accensae summitatis candelabri uiolenter 50
attractus; sic quoque et sursum factas efflagrationes aestimandum compressas proiici deorsum cum ui, sicut ex digitis nuclei oliuae compressi uiolenter proiiciuntur: etenim ipsi graue habentes uidentur saepe sursum uiolenter ex digitis pulsi: deorsum uero proiiciuntur exusta in aere, eo quod densitate compelluntur ea et deorsum proiiciuntur uiolentius. per hoc etiam fulmina et qui dicuntur ex nubibus uenti et talia omnia ferunter deorsum. etenim naturaliter sur-
sum fertur omne calidum: contra naturam itaque ignea arsura repel- 60
litur deorsum. per positionem uero inflationis, utcunque euentus sit positus latitudinis et profundi, sic fertur aliquando quidem sursum, aliquando autem deorsum aut etiam oblique; maxime uero in obliquum depelluntur. per hoc duobus meatibus feruntur quae feruntur, ui quidem deorsum, natura uero sursum. per hoc etiam discurren-
tium stellarum meatus plurimus obliquus fit, eo quod uero iuxta ter- 70
ram sint, et uelocitas eorum similis his quae nobis proiiciuntur est ita ut etiam uideantur multa uelocitate praeterire tunc solem et reliqua astra. hoc quoque ipsum accidit et circa eos qui dicuntur turbines. fit enim turbo cum segregatus spiritus ab aliqua nube offenditur et circumuoluitur circa nubem circulum faciens et circa illam corrobora-

9 Aristot. 369a21: εἰς τοὐναντίον τῆς πυκνότητος ἀναγκαῖον γίγνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν, οἷον οἱ πυρῆνες οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες· καὶ γὰρ ταῦτα βάρος ἔχοντα φέρεται πολλάκις ἄνω 10 Id. 342a12: κάτω δὲ ῥιπτεῖται διὰ τὸ τὴν πύκνωσιν εἰς τὸ κάτω ῥέπειν τὴν ἀπωθοῦσαν. διὸ καὶ οἱ κεραυνοὶ κάτω πίπτουσιν 12 Id. 369a19: διὸ καὶ οἱ κεραυνοὶ καὶ οἱ ἐκνεφίαι καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα φέρεται κάτω, καίτοι πεφυκότος ἄνω τοῦ θερμοῦ φέρεσθαι παντός 15 Id. 342a21: διὰ δὲ τὴν θέσιν τῆς ἀναθυμιάσεως ὅπως ἂν τύχῃ κειμένη τοῦ πλάτους καὶ τοῦ βάθους, οὕτω φέρεται ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ εἰς τὸ πλάγιον· τὰ πλεῖστα δὲ εἰς τὸ πλάγιον διὰ τὸ δύο φέρεσθαι φοράς, βίᾳ μὲν κάτω, φύσει δ᾽ ἄνω· πάντα γὰρ κατὰ τὴν διάμετρον φέρεται τὰ τοιαῦτα. διὸ καὶ τῶν διαθεόντων ἀστέρων ἡ πλείστη λοξὴ γίνεται φορά... πάντα δὲ κάτω σελήνης ταῦτα γίνεται. σημεῖον δ᾽ ἡ φαινομένη αὐτῶν ταχυτὴς ὁμοία οὖσα τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν ῥιπτουμένοις, ἃ διὰ τὸ πλησίον εἶναι ἡμῶν πολὺ δοκεῖ τῷ τάχει παραλλάττειν ἄστρα τε καὶ ἥλιον καὶ σελήνην 24 cf. Aristot. 371a9: Nic. Blemmid. Epit. phys. p. 148—50 ed. Wegelin

3 est G^2 *in ras.* (5 *fere litt. eras.*) 4 sed non ex- G^2 *in ras.* 7 estimandum *G* 8 digitis G^1: degitis G^2 (*sic etiam infra, v.* 10) 21 et] et *an* etiam, *incertum in G* 23 quoque ipsum G^2: ipsum quoque G^1 24 *fuit fort. graece* γίνεται γὰρ τυφὼν ὅταν τὸ ἐκ νέφους ἐκκρινόμενον πνεῦμα ἑτέρῳ τινὶ νέφει ἀντικρούῃ καὶ περιστρέφηται περὶ τὸ νέφος ἕλικα ποιοῦν καὶ περὶ ἐκεῖνο ἐρρωμένον οὕτως ὥστε καί τι μέρος ἀναρπάζειν τοῦ νέφους, τῷ μὴ δύνασθαι ἀπ᾽ ἀλλήλων διακρίνεσθαι

tus ita ut et quandam partem arripiat nubis, eo quod non possunt a se inuicem segregari. per hanc igitur collisionem euectus oblique in terram fertur, et quae mouentur ab eo conuertens in circuitu mouet. propterea etiam saepe conuertens quaedam eorum quae in terra seu in mari sunt in altum subleuat, exitum non inueniendo in se ipsum iterum reflectens. unde ex mari saepe quidem aquam abstrahit; iam uero ibi naues aduenientes subleuat aquarum tractu accipiens in altitudinem; ex terra quoque lapides et alia, saepe etiam animalia subleuat. haec autem ad paululum erepta deferuntur iterum sicciora facta propter ariditatem sustollentis ea spiritus. quia uero ignis de caelo et cometae et unumquodque ignitorum ex arida inflatione fiunt circa nostrum aera, demonstrat uisibium aspectus et maxime fulminum differentiam habentium et concursum et impetum, sicut etiam nomina: tanta enim quaedam eorum utuntur nimietate uelocitatis, ut quaedam quidem repercutientia et solida urant, quaedam uero rariora et subtiliora transgressione custodiant illaesa: etenim aliquando per parmam ueniens aes quidem eius propter repercussionem conflauit, lignum uero illaesum custodiuit: spiritus enim urens fulmen. et aliarum quoque passionum in aere consistentium inest uidere substantias ex spirituali inflatione, utpote sit de tonitru dicendum et fulgoratione. nubibus frequentibus et conuenientibus euecta inflatio offendens uiolentur in eis facit plagam, cuius sonus uocatur tonitru; collisione uero facta contritum in eis igneum exprimit fulgorationem. sic prius quidem tonitru fulgoratione fieri; apparere autem priorem fulgorationem, eo quod uisus auditum praecedit

2 cf. Nic. Blemmid l. c. p. 149: φερόμενος οὖν ὁ τυφὼν κάτω καὶ διὰ τὴν ἀντίκρουσιν κύκλῳ περιαγόμενος καὶ οὕτω συστρεφόμενος καὶ ποιῶν ἕλικα· οἷς ἂν προσπέσῃ, ταῦτα κύκλῳ στρέφων κινεῖ. διό καί τινα πολλάκις τῶν ἐπὶ γῆς ἢ θαλάττης στρέψας εἰς ὕψος ἀνέλκει, ὡς ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀνακάμπτων τῷ μὴ ἔχειν διέξοδον. ἐκ μὲν οὖν θαλάσσης ὕδωρ ἀνασπᾷ πολλάκις· ἤδη δὲ καὶ πλοῖον ἐμετεώρισε τῇ δίνῃ περιλαβών· ἐκ δὲ τῆς γῆς καὶ ξύλα καὶ λίθους, ἤδη δὲ καὶ ζῷα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀνήνεγκεν. ὅσα δ' ὑπ' αὐτοῦ ἀναφέρονται, ὀλίγον μετεωρισθέντα καταφέρονται πάλιν, ξηρότατα γενόμενα διὰ τὴν ξηρότητα τοῦ ἀνάγοντος ταῦτα πνεύματος 15 cf. Aristot. 371 a 24: διὸ καὶ τὰ μὲν ἀντιτυπήσαντα πάσχει τι, τὰ δὲ μὴ οὐθέν, οἷον ἀσπίδος ἤδη τὸ μὲν χάλκωμα ἐτάκη, το δὲ ξύλον οὐθὲν ἔπαθεν — Nic. Blemmid. l. c. p. 151 21 cf. Aristot. 369 a 27: αὕτη [scil. ἡ ἀναθυμίασις] συνιόντων τῶν νεφῶν ἐκκρίνεται, βίᾳ δὲ φερομένη καὶ προσπίπτουσα τοῖς περιεχομένοις νέφεσι ποιεῖ πληγήν, ἧς ὁ ψόφος καλεῖται βροντή 24 cf. Aristot. 369 b 7: γίνεται δὲ μετὰ τὴν πληγὴν καὶ ὕστερον τῆς βροντῆς· ἀλλὰ φαίνεται πρότερον διὰ τὸ τὴν ὄψιν προτερεῖν τῆς ἀκοῆς — Nic. Blemmid. l. c. p. 147: γίνεται δὲ μετὰ τὴν βροντὴν καὶ ὕστερον τῆς πληγῆς. ἡ βίαιος γὰρ κίνησις καὶ ἡ πληγὴ αἰτία ἐστὶν αὐτῷ τῆς ἐκπυρώσεως· διὰ μέντοι τὸ τὴν ὄψιν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἰδίων αἰσθητῶν πρώτην τῆς ἀκοῆς, διὰ τοῦτο πρὸ τοῦ ἀκουσθῆναι τὴν βροντὴν ὁρᾶται ἡ ἀστραπή.

10 propter G^2 *in marg.; in textu una litera erasa, fort. compend.* per 13 differentiam *etc.] graece fort.* διάφορον ἐχόντων καὶ τὴν συνδρομὴν καὶ ὁρμὴν ὥσπερ καὶ τὰ ὀνόματα [*Duebnero* διαφορώτατα *scripsisse Priscianus uidetur*] 21 dicendum G^2 *in ras.*

circa propriorum sensibilium assumptionem. anomale igitur factis sonitibus sinuositate nubium constat quidem ex his tonitru, spiritus uero igneus et infirma quadam flagrantia utens deinde cadens facit fulgorem. ex his itaque omnibus collectis unumquodque in terra seu aere consistentium habet quidem suum naturale momentum sursum uersus, et deorsum uim patiens contra naturam opprimitur, et iterum, siquidem permanserit, ad proprium refertur. 576

CAP. VIII.

Titulus deest.

Et hoc quoque: quare omne animal aut animatum aut aliud quoddam sicuti germinum uel seminum translatorum a regione in regionem aut locos quosdam, aut nascentium ibi, post tempus et ex generatione degressionem conuertuntur ueluti in plurimum in illam naturam seu formam illius terrae in quam transducta sunt? et si quidem illorum conuersionis causa aer aut terra ibi regionis facta est, ob quam causam semper ibi habitantes aut ibi nascentia, etsi similia genere sint, differunt forma et similitudine et aliis quibusdam? uniuersaliter enim natura hominum secundum clima et regionem habitans manifesta est qualis coloris et formae sit. constat enim cognoscere homines orientales partes habitantes et anima et corporibus per occasum degentibus magis similes secundum animam habitantibus orientem. similiterque de habitantibus alias partes deliberandum. in praesentis kapituli inquisitionem illa praeponenda quae dicta sunt prius de immortalitate et simplicitate et in corporalitate animae et secundum essentiam immutabilitate, qualitatibus quidem irrationalis uitae et corporalibus materiis et passionibus proprias operationes et uirtutes immutantis, ueluti uerbi gratia conformatae materiali et circumstantibus extrinsecus, non tamen secundum naturam propriam uariatae. his itaque in omnibus praeordinatis,

1 cf. Aristot. 369b1: παντοδαποὶ δ' οἱ ψόφοι διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τε γίνονται τῶν νεφῶν καὶ διὰ τὰς μεταξὺ κοιλίας, ᾗ τὸ συνεχὲς ἐκλείπει τῆς πυκνότητος. ἡ μὲν οὖν βροντὴ τοῦτ' ἔστι καὶ γίνεται διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἐκθλιβόμενον τὰ πολλὰ μὲν ἐκπυροῦται λεπτῇ καὶ ἀσθενεῖ πυρώσει, καὶ τοῦτ' ἔστιν ἣν καλοῦμεν ἀστραπήν, ᾗ ἂν ὥσπερ ἐκπῖπτον τὸ πνεῦμα χρωματισθὲν ὀφθῇ 10 cf. Plato Rep. VI. 497B: Theophrastus H. P. 8.8

1 propriorum] priorum G^1 9 *deest titulus, spatio vacante in GH* 11 translatorum] translat-( )-r-( ) *G* 12 post tempus *etc.*] *graece fort.* μετὰ χρόνον καὶ τὴν ἐκ γενετῆς μετάστασιν 13 digressionem *H* plurimum] plus G^1 14 si *CM*: sic *G*: *om. H* 18 regionem habitans] -nem habitans G^2 *in litura vel lacuna* 19—21 *locus vitiosus fortasse etiam in ipso graeco codice* 19—20 constat—orientales] -stat—orientales G^2 *in litura vel lacuna* 21 magis similes G^2 *in litura vel lacuna post* similes *fort. 3 litt. eras. G* 25 immotabilitate G^2 27 immotantis G^2

considerare oportet quae sint causae inaequalitatis morum simul etiam 576 formarum hominibus, et in unoquoque loco formae, siue ad maximas terrae partes diuidat quis rationem, utpote Europam et Asiam et Libyam, siue ad aquilonem et meridiem locis ortumque et occasum, siue per gentes et regiones singulas, et breuius dicendum per ciuitates et uillas similiterque ibi et domus. omnium enim horum est sicut est sic dicendum differentia et in formis et moribus et magnitudinibus corporum, sicut et in aliis animalibus et ex terra nascentibus. horum autem sicut in similitudine accipitur causas esse ponendum et aescas et aera continentem et tertium disciplinas. quia enim aescae et continens formant, manifestum etiam ex factis transmutationibus: aduenticia enim mouentur secundum regionales formas similiter animalium et germinum, sed quaedam quidem in pluribus, quaedam uero in minoribus temporibus iuxta figurantis consequentiam: quaedam autem omnino accidit neque fieri per quosdam locos animalia neque germina propter terrae et continentis affectum, sicut maxime in inhabitabilibus sub ardenti ustione aut frigiditate superante et glacie. horum enim nihil enutrire aut fecundare possunt, eo quod non habent alimentum; sed et continens temperies contraria est: quaerit enim haec duo animal et quaecunque ex terra germinantur; sicut enim 577 materia per unumquodque germen et animal propria, sic et aesca et principium est. fere enim utpote connaturalia sunt haec sibimet; conuersationes uero et formas differentes sic omnino regiones faciunt, dum non sint similes, et quae extrinsecus superueniunt, etsi quaedam saluant prioris similitudinis uestigia et magnitudinis. quia uero plus aesca et disciplinae mos simul cum natura aeris perficiunt magna ad uirtutem et furorem et corporum formas, adhuc etiam ad intellectum et prudentiam, signum fortassis sit naturaliter continuo differre per regiones, et quosdam quidem sapientes et dextros, quosdam uero uasorum quorundam repertores. proficiunt quoque et urbanitates et leges ad disciplinam uitae: etenim qualibuscunque quis moribus nutritus fuerit, talis erit consuetudo per singulas ciuitates et uicos; quaedam uero et per proprias naturas priorum. similes enim faciunt imitatio et connutritura superuenientes anti-

3 eyropam *G* 6 similiterque] simi- *G*[2] *in ras.* 6. 7 sicut est sic dicendum] *quid graece fuerit non video* 9 sicut in similitudine] *i. e. graece* ὥσπερ ἐπὶ τῆς ὁμοιότητος 11 etiam] ( ) *G* 12 mouentur secundum] mouent-( ) *G* 13 sed *G*[2] *in ras.* 19 continens temperies] *i. e. graece* ἡ περιέχουσα κρᾶσις 21 et (*ante* principium) *om.* *G*[1] 26 cum] ( ) *G* 27 furorem et] furo-( )-t *G* 28 fortassit (*sic*) *G* (is *superscr.*) 30 uasorum (*sic*) G (s *superscr.*) uasorum quorundam repertores] *i. e. graece* σκευῶν τινων εὑρεταί 34 *sqq. graece fort.* ὁμοίους γὰρ ποιοῦσιν ἡ μίμησις καὶ ἡ συντροφία τοὺς ἐπιγινομένους τοῖς φθάσασιν, ἐπειδὴ καὶ ἐν οἰκίᾳ τοῦτο τάχ' ἂν εἴη τῇ μὴ συμμιγνυμένῃ ἑτέραις. αὕτη γὰρ μόνα ἕξει τὰ φύσει καὶ ὅσα παρὰ τῶν γονέων εἴληφεν ἕκαστος, κἂν εἴ τινες τούτων ἀρχαιότεροι εἶεν * * * καὶ πολ-

cipantibus, quoniam et in domu hoc fortasse sit non commixta aliis: ea enim solummodo habebit quae sunt naturae et quaecunque a parentibus accepit unusquisque, et si quidam horum sint uetustiores * * et multi originem inde habent, solam regionem aut etiam disciplinam nominantes quasi hinc occasionum et seminum naturales eis insitorum motus et formas. itaque causae mutationum naturales sunt et politicae, ad uarietatem sufficientes per se ipsam quidem utraque, adhuc uero magis una in mixtura inter se ipsas. acceperit et hoc quis ibi ad differentiam: alimenta quidem enim in montanis aridiora et minus terrena siue bene spirantia consistunt et densant corpora et partium unumquodque rectum faciunt et non peruersum neque ab ulla aliena uirtute prohibitum. propria enim est ad singulos quosque commoderatio per horas oppositas et simpliciter angulares. respirans enim aer qui est purus maximum in hoc dat momentum, quanto quidem eo et plurimo utimur et ad potentissima uitae. adhuc quoque et efficaciora et mobiliora accidit in montanis esse animalia et differentiam habere circa corpus et animam: fortiora enim sunt et furoris magnitudinem simul aeris mixtura per circumstantiam recipiunt: coauget uero quoquo modo et labor et quod non indigent aescae multae; in planis autem e contrario haec habent contra qualemcunque causarum effectum. homines itaque et reliqua animalia transferentes in locos alios continuo differentiam habemus: alii enim in quibusdam locis agrestiores et stulti, et aesca grauiori non facile perfecti fiunt et * * mediocriores et mansueti et plus ad aescam oportuni: talia autem cooperantur et ad fortitudinem, et iterum ad formidinem uel timorem, aut ad mobilitatem et pigriorem statum: anomalum enim naturales faciunt causae adiecta etiam disciplina. itaque liberales esse uidentur etiam otiosi, ad lucrum et negotia ineruditi, et statum in anima firmum habent; ferociores uero et duri et ad iter agendum oportuni, habentes simul ingeniosum et uelox ad motum. per hoc etiam seniores magis stabiles sunt et rationabiliores cum prudentia; mores uero iuuenum

---

λοὶ τὴν ἀρχὴν αὐτόθεν ἔχουσιν, οἱ μόνην τὴν χώραν ἢ καὶ τὴν παιδείαν ὀνομάζοντες. ὡς ἐντεῦθεν τῶν ἀφορμῶν οὐσῶν καὶ σπερμάτων τινῶν φυσικὰς αὐτοῖς ἐμφυόντων κινήσεις καὶ εἴδη. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι τῶν μεταβολῶν φυσικαί εἰσι καὶ πολιτικαί, πρὸς τὴν ἐξαλλαγὴν ἀρκοῦσαι καθ' ἑαυτὴν μὲν ἑκατέρα, ἔτι δὲ μᾶλλον τῆς μιᾶς ἐν μίξει τῇ πρὸς ἀλλήλας

3 *lacunam indicavi* 6 motationum *G²* politicae *G² in ras.* 8 una *CHM*: *om. G, sed fuisse olim in margine videtur* mixtura] mi-( ) *G* 9 differentiam alimenta] different-( )-ta *G* *graece fort.* τροφαὶ μὲν γὰρ αἱ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς ξηρότεραι, καὶ τὰ ἧττον πεδινά, ἤτοι τὰ εὔπνοα, συνίστησι καὶ πυκνοῖ τὰ σώματα 15 efficatiora *G* 16 differentiam] different-( ) *G* 18 *post* mixtura *duae litt. eras. G* 22 continuo] con-( ) *G* agrestiores] ( )-ores *G* 23 aesca grauiori] *i. e.* τῆς τροφῆς βαρυτέρας οὔσης mediocres *G¹* [*lacunam indicavi; graece enim* καὶ ἄλλοι δὲ μετριώτεροι καὶ πρᾶοι *fuisse videtur: cetera non satis expedio*] 29 ferociores uero] *i. e.* οἱ δὲ θυμοειδέστεροι 30 *post* motum *vacat spatiolum in versus fine in G* Per] ( )-er *G*

mobiles et ueloeiores. facit quoque quiddam ad transmutationem et 577
corporum uelocitatem aut motum et paupertatis indigentiam et diuitias.
